



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. An domini creditoribus omnibus praeferendi? quid si res depositae amplius non extent?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

periunt, cum ligneo fuste, cui Britannicè hæc insculpta erant: quod Pietas non potuit, extorsit avaritia: nolite, ô Parentes, indulgentiâ vestrâ liberorū avaritiæ satisfacere cupientes, occasionem impietati majori dari. Exemplo meo prudentiores redditi, valete: Stulti fustiario pœnas luite. *Ican: Paulus in loco serijs.* Quæritur, si Parens ille revera Thesaurum reliquisset; atq; à duabus fuisset meliùs habitus in vivis; tertia verò fuisset in funus Patris liberalior; cui citiùs conferri debita portio debuisset? *Resol: petenda ex num: 2.*

I.

Actum est supra de executione rei iudicatæ, sequitur ut videamus, concurrentibus pluribus creditoribus, qui quib⁹ anteferendi: pro cuius quæstionis decisione illud præmittimus: omnibus creditoribus præferri Dominos, qui res suas vindicant, quippe qui eo ipso, quo vindicant, venditionem rerum suarum impediunt.

Q3

diunt. *L. 1. C. de privileg: fis:* Atq; hoc extra dubitationis aleam ponitur cum res extant: quid si non extent amplius? Veluti apud argentarium deposuisti pecuniam, ea non reperitur in bonis eius, quid juris? Respondet *Accurs:* in *L. 7. §. quoties ff. depositi.* postponi deponentem privilegiis realibus, anteponi personalibus. Rectius absque distinctione alii respondent, post privilegia, deponentis rationem haberi. *Cujac:* in *L. 8. ff. depos.*

2. Porro creditores hypothecarii sunt, vel chirographarii: hypothecarii, qui pignus habent, seu expressum seu tacitum; chirographarii propriè quidem dicuntur, quib' chirographo cautum est: sed nos latius chirographarios vocabimus omnes, qui personalem duntaxat actionem habent, non autem hypothecariam. *L. 3. Licet. 7. L. eos. 9. C. qui potior. in pig:* Utrorumque contentio dirimitur summa hac juris regula, hypothecarii præferuntur chirographariis. *L. etsi quis. 14. §. 1. ff. derelig: & sumpt: fun.* Perpetua tamen regula non est, eximendus enim est is, qui in funus impendit, qui quamvis chirographarius est, ta-